fuerit Et ibidem concludit quod ciui
tati Atheniensium plus profuit
consilium Salomonis quam victoria
Themistides Insuper Seneca de
tranquillitate animi contra prin
cipum dicit quod ille solus rei
publice non prodest qui de pa
ce uel de bello curat sed qui iuuen
tutem exhortatur atque bonis precep
tis uirtute instituit atque mentes
ad luxuriam seu pecuniam retrahit
Et Tullius libro de senectute capitulo 3° Con
sules comparat illis qui regunt
nauem Sana igitur et matura
imitanda sunt consilia que in se
nibus reperiuntur ut frequenter Ro
boam dereliquit consilium se
num et iuuenum adhesit consilio
et ideo regnum amisit ut dicitur
2° Regum 12 Nam in antiquis
est sapiencia ut dicitur Iob 3° Nar
rat enim Valerius libro vj° capitulo
primo de quodam sene cui iuue
nis minabatur dicens Plures
inquit gladios habeo Senex
autem reddit Et ego multos
annos quam tu de te non timeo Insuper
Augustinus epistola 38 ad Diosc. narrat
de Themostene philosopho qualiter
habitu superaret Accidit tamen ut ro
garetur qualiter vellet canere
ad liram sicut olim facere mos
erat qui recusauit dicens se
nescire Cui mulier quedam
ait Quid igitur nosti Rem
rem inquit publicam ex parua
nauem facere magnam Non igitur
leuia sed matura querenda sunt

consilia Quoniam teste Tullio
libro primo rhetorice capitulo 23 pru
dentis est bene consiliari et
commentator dicit quod bona con
siliatio est habitus coniecturalis
secundum rationem operabilium Et bonus
consiliator dicitur ille cui talis ha
bitus inest quod magnum est hoc iustus
et sapiens Unde 6to ethicorum
dicitur quod homo est naturaliter consiliatiuus
non tamen quicumque homo sed qui
sapiens est ille consulere nouit
A sapiente igitur petere consilium ut
dicitur Thobie 4 et non ab insipientibus
ut dicitur Eccl. 8 Cum enim consilium
non habeas ut dicitur ibidem Unde
proverbiorum 23 Astutus omnia agit
cum consilio Et Seneca in tractatu
de uirtutibus sic inquit Si pru
dens esse cupis futura prospice
et que possunt contingere animo inten
de Nichil tibi subitum sit sed totum
ante prospicias Qui enim prudens
est non dicit non putaui hoc
fieri non enim dubitat sed expec
tat non suspicatur sed cauet

## Capitulum vicesimum de militibus

Militibus eo pacto uirtutes
competunt quo milites
interpretari uolunt Miles
enim unus est quasi ex mille electus
sed qualis electus erit nisi uirtutibus floreat
ipse qui tot homines precellit Mi
litibus igitur uirtutes competunt corporis
et mentis ut corpus in bellis va
leat et mens bona prudencia
dirigatur Et quamquam omnes uirtu
tem militem habere decor esset

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0250
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg